Quaestio Quodlib. agitanda In Scholis Medicorum die Jovis 22a Januarii M. Joa. de Cayette Moderatore.

An quidquid alit Dulce?

Natura universitatis rerum et author et altrix nihil cupidius affectavit, quam ut universa condita omnia, conditionem haberent quoad possunt divinam. atque ideo corporibus quae sunt infra lunam vim quandam qua se perpetuo conservarent, sicut caelestibus, quas per solam suae sortis ἐνδελέχειαν aequum, naturamque impatibilem fecerat, tribuisset, nisi omnia quae colligata sunt, ea esse ipsius naturae fato conditio ut mutabilem statum haberent, propter materiam qua sunt compacta variis obnoxia vicissitudinibus a temperamento (quod ex quatuor elementorum mixtura consurgit, quas mixtis insunt ut ipsa secundum suos actus in quibus alteram tantum qualitatem summam habent) atque adeo dissolui facilem.

Caducam igitur singulorum conditionem eo munere compensavit ut eorum fluxam dissolutionem retardaret eorum alteritati speciebus providit. Etsi enim humoris qui calidum alit nullo ipsis alimento reparabilis, absumptio inevitabilem mortis causam, ut qualis intemperies viventibus adfert. Illa tamen quo potest cumque modo suspensam foveamus, atque ab ipsis individuis sumi operam quotidianam quasi obsidem futurae perpetuitatis in specie, cuius (cum in ea nihil procederet novi) propagandae, quam individui curam gerit diligentiorem. Hinc generationem instituit individuorum continuandorum, per vicissitudinariam successionem ut mutabilem naturae. Et animalium, cum generandi instrumenta generandi largita est, ipsisque instrumentis quas sine vita augescunt, plantarum quas sine affectione, omnino non non moventur. Et animalium [illegible] patiendi quidem menstruus sanguis laudabilis et plane utilis humor, ex quo vires eximium quendam voluptatis sensum. Quid in nobis primordia sunt, patiendi quidem menstruus sanguis laudabilis et plane utilis humor, et quo vires accipiunt, etiam in foemina maris frigidioris prolificum ut partes procurium, efficiendi autem semen genitale a testibus essentiam formamque primum accipiens, etiam in foemina [illegible] intendens praedominans.

Verum cum singulorum status consistere non possit, nisi quae ipsius continentis iactura fit, reparatur, subsidium ipsis, quod potius ad continuitatem comparavit, generandi namque animantium omnium vires quasdam deficientis semper et affluentis insevit. Ut quia diutius esse uno, eodemque statu illorum conditio non patiebatur, variis instrumentis sunt adornata, trahentibus, retinentibus, concoquentibus et ea omnia expellentibus alimentis (quod etiam ipsum vim habet corporis alterandi) ac eiusdem [illegible] cuique coctionis duplex sentientibus. Quales deinceps et tertium triplicis coctionis sunt organa, primas quidem ipsius intestina, os, gula, ventriculus, qui sola vi caloris functionem obit. Secundas autem meseraicas venas, et iecur, quod sibi partem principatum cum corde et cerebro (cui partes certe motus sensusque beneficium debent) ut et ipsam ἀιμάτωσιν vindicare potest. Tertias denique, naturam operum partes solidas (ut venas et arterias) quibus instrumentarias non sunt oppositas. atque hoc multiplici naturae opere assimilatio fit, unde nutritio, non generatio.

Quidquid igitur a natura ita vinci mitificarique potest ut corpori alendo augendoque conveniat, alimentum est. Id ex terra nascentibus, aut animalium partibus desumitur, ex puris elementis nunquam. Quemadmodum enim animantis corpus solidum esse oportet, ut quae a facultate vitali in eo exedentur, contineat, ne diffugiant illico et dilabantur omnia: ita in cibis communis aliquid esse solidum, quasique terrae naturae, quod alia cohibeat liquida: et in quo haereat vis caloris, transeatque in molem corporis; alioqui semper animans affectaret, nec finis esset edendi velut. Non enim humido ratione humidi, sed propter siccum nutriuntur animalia. Sapor enim (qui est humoris [illegible] unctio sicci et terrestris in humido) ad cibi commendationem, et, ut ita dicam, condimentum institutus, ut ad vitam instituendam allicerentur.

Veruminimvero cum multas saporum differentias ex varia proportione humidi cum sicco (quae duo sunt quibus alimenti detrahatur species) dum a calore vel frigore agentibus qualitatibus elaborantur, consurgunt. Neque omnibus eodem aliquo modo afficiuntur animalia, quosdam aversantur, et quibusdam oblectantur: sano dulcis omnibus est commendabilis, ac prae caeteris gratus naturae: id adeo ut unumquodque animans eo dulci gustu vel odoratu, vel utroque, probe nutriatur, tanquam familiari alimento: quas vero acida sunt, aut amara, aut alia quavis prae dulcedinem qualitate praedita, ea velut adversa fugiat, et ad alendum non satis idonea. Hoc in tenellis natis manifestum, quas congruentes lacte (facto ex sanguine ultimo partium alimento) in summo dulci nutriuntur.

Ergo quidquid alit Dulce.

Ponebat Joannes D'Heier Barrghalbulanus. 1579.

Domini Doc. Disput.

M. Dominicus Bourgoing. M. Nicolaus Marchant. M. Mauricius De la Corde.

M. Jacobus Nicolas. M. Emanuel Couertin. M. Petrus Rauyn.

M. Julianus Beré Med. Reg. M. Franciscus Dupont. M. Joannes Rochon.

F.M.P. BIBLIOTHÈQUE